Fragmentarium

Et non tradat eum in animam inimicorum eius. Animam inimicorum dicit 5
uoluntatem malam demoniorum. a qua illum liberari postulat; qui paupe
ribus cum hilaritate elemosinarum porrigit largitatem; Ego dixi domine
miserere mei. sana animam quo peccaui tibi. Omne enim peccatum. mor
bus est animarum. Anima itaque suam sanari desiderat. remissione scilicet
peccatorum. que tunc uere sanatur. cum ei peccata dimittuntur;

Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes  Psalmus XLI.
aquarum. ita desiderat anima mea ad te deus. Non incassum fide
libus hoc animal comparatur. Est enim innoxium. et serpentes naribus
adtrahit. quos ut uorauerit. ueneno estuante. ad fontes aquarum
uelociter uenire festinat. Hoc nobis insinuans. ut quando uenena. id est
peccata antiqui serpentis haurimus. ad fontem diuine misericordie ilico
festinemus. Hortatur nos ipse dominus dicens. Qui sitit ueniet et bibat.
Fons ergo aquarum. Christus est dominus. unde omnia fluunt. quecumque reficiunt.
Festinandum est ergo ad illum. ubi desiderium nostrum numquam possit ha
bere ieiunium. Ad illum uidelicet. unde et sequitur. Sitiuit anima
mea ad deum fortem uiuum. fortis dicitur deus. quia fortem diabolum debellauit. et
uasa eius diripuit. Et ipse dixit. Ego sum deus fortis zelotis. Uiuus.
quia frequenter in prophetis dicit. Uiuo ego dicit dominus. Et in euangelio. Sicut
misit me uiuens pater. et ego uiuo propter patrem. Quando ueniam et pa
rebo ante faciem dei. scilicet. quia tunc nobis manifestus apparebit.
quando nos in iudicio suo dignanter inspexerit; Fuerunt mihi lacri
me mee. panes die ac nocte. Fletus ille. cibus est animarum. corroboratio
sensuum. abolitio peccatorum. refectio mentium. lauacrum culparum.
Hinc et beatus GREGORIUS ait. Luctu suo anima pascitur. cum ad superna
gaudia flendo subleuatur. Unde in euangelio dicitur. Beati qui lugent. quoniam
ipsi consolabuntur; Abyssus abyssum inuocat. in uoce cataractarum
tuarum. Abyssus appellatur diuinarum scripturarum profunditas. Due
ergo abyssus. duo testamenta significant. Abyssus ergo abyssum inuocat.

BIBLIOTHEQUE IMPERIALE

1. III. 24

6
ne iordane manauerunt.
tizatus est; LXXXIIII.
maria. cui  Psalmus
bus. Siue benedictam ter
quam ipse dominus. de maria uir
electam. quam secundum apostolum. omni
Conuerte nos deus salutaris noster.
taris noster. quia per nosmetipsos con
ad te. et conuertamur. Tu
ad me. et ego conuertar
uidelicet. quam pro peccatis
am auerte. Tu enim dixisti.
uiuat; Deus tu conuersus
Conuersus ad nos uiuifica
uiuificasti remittendo pec
beneficia; Ostende nobis
Misericordia enim dei patris.
ta petit dari. Primum osten
e cooptum. sedentiam potentie
Deinde da nobis dicit salu
unere eterne glorie perfruendum;
Ipso quippe domino prestante.
us adducta sunt. In nouo
ur genus humanum. In ue
nuntiatio ueraciter continet nostra.
pietatem. sed ad gratiarum
hoc ipsum uaria nominum
res. iustitiam et pacem in
de terra orta est. et iustitia
quando Christus ex maria uir

License: public_domain – Paris, Bibliothèque nationale de France, Latin 9377, 5r – Expositio in psalmos (https://fragmentarium.ms/view/page/F-bcsz/2519/41629)